



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1063. Usque Ad Annum 1100

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1761

VD18 90117964

§. 3. Guibertus Antipapa eligitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66363)

Sæculum XI. git, tandemque vagabundus & a Com-
A.C. 1080. munionem Ecclesiæ exclusus vitam po-
 fuit.

§. III.

Guibertus Antipapa eligitur.

Ubi nuncii ad Regiam Henrici IV. de-
 tulerunt, eum a Papa iterum excom-
 municationis fulmine ictum fuisse, Epi-
 scopi novendecim Henrico faventes Mo-
 guntia in Festo Pentecostes, quod illo
 anno millesimo octogesimo in ultimam
 diem Maji incidebat, Conventum ege-
 runt, datisque deinde literis effecerunt,
 ut Episcopi triginta & complures Princi-
 pes Italiae & Germaniae Brixinone in Ty-
 roli congregati, Hildebrando deposito,
 Guibertum Archiepiscopum Ravennatem
 Papam elegerint, nemine nisi Car-
 dinale Hugone Candido praesente, qui
 Ecclesiae Romanae nomine Auctoritatem
 & consensum praerberet. Ceterum hu-
 jus Electionis Decretum calumniis in
 Hildebrandum scatebat, quem accusa-
 bant, quod praeter alia Imperium & Rem-
 publicam Christianam turbasset, quod
 Regi perjuro faveret, discordiam aleret,
 suosque fautores ad Sacrilegia, caedes,
 & incendia impelleret. Hoc Decretum
 Die Jovis vigesima quinta Junii datum.
 Tum Rege ad sua revertente, Guibertus
 accepto Clementis III. nomine, Dignita-
 tis

ap. Ursperg.
Chro. 1080.

vit. S. Anast.
Luc. 16.

Aff. ap. Bol.
s. 3. to. 17.

tis Papalis insignibus fulgens, in Italiam Sæculum XI,
 movet. A.C. 1080.

§. IV.

Gregorius ad Normannorum auxilia respicit.

Inter hæc Gregorius Papa, ut Regi Henrico resistere valeret, Principum Normannorum, scilicet Guilielmi Regis Angliæ & Roberti Ducis Calabriae amicitiam quærebat. Nam Nuncios, quos Rex Angliæ cum Huberto Legato Romanam direxerat, remittens, ad eundem Principem epistolam dedit, diversam plane ab illis, quas ante menses sex scripserat. In ea commemorat amicitiae affectum, quo Regem Guilielmum semper complexus fuisset, & fiduciam, quam in ejus obedientia & auxilio contra inimicos Ecclesiæ præstando posuisset. Victoriæ etiam & potentiam in hoc mundo præter mercedem æternam promittit. Hæc epistola vigesima quarta Aprilis anno millesimo octogesimo data est, elapsis autem exinde quindecim diebus, cum Papa Hubertum Legatum in Angliam denuo mitteret, eidem Regi, Mathildi Reginae conjugii ejus, & Principi Roberto ejus filio, scripsit.

Sup. lib. LXII. §. 60. VII. ep. 23

VII. ep. 25. 26. 27.

Cum Roberto vero Guischaro Apuliae, Calabriae & Siciliae Duce, cum Jordano Capuae Principe ceterisque Norman-

VIII. ep. 7.

Ec 3 nis